

come pure tutti i ragionamenti mediante i quali tentava in seguito di promuovere la pace della Chiesa, nonostante l'odio che così si guadagnava.

Non parlerà dei suoi ripetuti abbucamenti col papa medesimo, al quale ebbe ad esprimere il suo pensiero con franchezza estrema; ma gli è grato perché sempre l'ascoltava con pazienza, seppur con poco effetto, e di ciò lo commenda grandemente.

Fu anzi questa la ragione per cui soprattutto s'indusse a rimanere;

creatus, quis me unquam nisi pacem ipsam commendantem et, quibus verbis quoque studio poteram, promoventem audivit, nec minus, si quis ad eam impedimentum afferre videretur, aperte damnantem? qua ex re grave michi quorundam odium contraxi, sive quod ea dici non placebat, sive quod me illa dicere indignum arbitrarentur. taceo que ipsi summo pontifici non semel modo sed item atque iterum dixi: verba quidem urgentia satis, et que nichil saperent blandum, sed solam nudamque, ut meum quidem ferebat iudicium, veritatem. qua de re habeo illi non meo tantum sed et publico nomine gratias, quod sum ab eo semper <sup>(a)</sup> in hoc patientissime auditus, tametsi parum exauditus, eumque ipsius morem; neque enim imprudentis hominis esse solet; in primis probo. quod si minus facere quid constituit, patienter tamen audit adversus <sup>(b)</sup> iudicium suum orantes. et hec quidem hactenus causa fuit aut sola <sup>(c)</sup> vel maxima quamobrem manere perseverarem, quod licebat

(a) *P om. semper*    (b) *B sed averit adversus*    (c) *Codd. ut sola*

giorni innanzi che s'ammalasse. Dichiara inoltre che il popolo Cristiano, reietto dai predecessori di Innocenzo e da lui disilluso, non presterà più credenza a qualsiasi promessa o giuramento; che le tre vie proposte per sanare lo scisma - compromissio per arbitros, cessione, concilium - sono impraticabili e senza fine; e che pertanto l'unico rimedio è quello di soprassedere ad una nuova elezione finché non si abbia la risposta dalla Francia]. Quindi tornando sulla propria proposta, egli prosegue: « Ac mihi quidem recta hec voluntate dicta esse, testis est Deus; libertatis vero dictandi, qua sum apud vos usus, veniam impetrat et cause dignitas, que neglecta mansit, et meum ardens, quod est commune equae Christianis omnibus, votum. nec vero ego prescribo quid preterea aut qualiter di ci fierique per vos in hac re debea te; absit a me ea temeritas; tantum hoc unum oro, ut abstineatis parumper ab ineundis suffragiis, quoad-

usque et mentem omnem ad unius vetusti mali extirpationem intendatis; reliqua per se facile vestra prudencia inveniet, et mora consilium dabit. nisi id quoque licentie [?] mihi datis, admonere ut, constituto quod equum videbitur huic rei spatio temporis, Egidium quidem ipsum dimittatis. large enim interesse arbitrorum, quod ille energia vocis et instantie studio presens operabitur, quodve absens per epistolas sit effecturus. alium autem quenvis cum eo dirigatis, vestra qui perferat mandata quae de successu rerum celeriter scripsi referat. cui rei vix aptiore facile erit inventire quam Andream Fanensem, multa peritia et egregia moderatione virum, qui, cum sit nostri generis atque hinc oriundus, multum tamen diuque in studiis et in omni vita conversatus est; e quibus (eveniet) ut aut celeriter res bene conficiatur aut tempus saltem diu inutiliter elabi nobis non possit » (cf. C. COMBI, *Un discorso inedito di P. P. Vergerio cit.*)